3 387.

S. p. d. III nonas Sextiles nocte propemodum
intempesta reddiderunt mihi literae testes
ingenii doctrinae sed et humanitatis tuae.
Vah, dices, quae malum ratio tarditatis est
ut diu nimis tempore trimestri fere spa-
tio errantes tam sero peregrinati deperierint.
Ergo quia evidens morae argumentum non
deprehendi: tabellarios ipsos accuso negli-
gentiae. Solent enim isti cursores parum fidi
etiam si per deum iurati sint: adde Sal-
merede oberrant: tanto serius stare promissis.
Ut iure magnopere indigner cum errores con-
gitiernos scripta tua sibi hilaritate compenset.
Quid mihi iucundius his publicis meorum feriis
quando demessas segetes horreis inferunt, eve-
nire potuit: quam quod divina providentia
me accessu sodalitia politioris et vere lepidi
amici beaverit. Sit tibi mansio felix concor-
dia auspiciorum. Sic bonas artes: sic probos: sic Super-
bachum amo: sic denique ut multa breviter
dicam Mutianus sum: te libenter in album
amicorum recipio: captus illecebris et suavitate
tuarum literarum: captus quo potius est ingenio vel
potius iudicio. Nam contempta rudi barbarorum
inscitia facies ordinem latinum: nec contentus stile
latine: quamquam id ad splendorem nominis ple-
num faciat: nos immoderato laudandi genere
nos alacriores reddis. Ipsum homo iustitiae tui
sortis si tam sanctas verborum delicias ab omni
auctoris sectione fastidirem. Novit Superbachius
comprobatis moribus acumine et miscellanea
disciplina excellens me semper abhorruisse
ab ineptis adulationibus. Ceterum si candidum
nomen merere laudis non auditorem in eo pro-
fecto male audirem. Quod superest dabis
operam in confirmanda iam inita mecum
amicitia ut crebro et abundanter ad me scri-
bas. Vale. Nonis Sextilib. M.D.XI.

Mutianus.

Joachimo vadiano postlimi
iure surgentiũ lrãr ad
sertori; Musis utrisq3
patrimonięque mancipato.